- Sambuci Locustæ* seu *Oculi*, *Sambuci campestris*, *domestici vulgaris*. Germ. Holder Sprößlein / inter agrorum & hortorum sepes provenit.
- Sambucus humilis & pumila*, vid. *Ebulus*. Germ. Attich.
- Sampuchus*, vid. *Majorana*, aliquando & *Marrum*.
- Sanamunda*, vid. *Caryophyllata*, seu Radices.

- Sana sanda*, vid. Nicotiana, Tabaca. Germ. Toback.  
*Sanda*, & *Sacra Sanctaberba*, *Torna bona*, vid. Nicotiana, Germ. Toback.  
*Sanda Caballina*, vid. Gratia Dei, seu Gratiola. Germ. Wilder Aurin.  
*Sandi Laurentii herba*, *Consolida media*, *Sympytum medium*. Germ. Gilden  
*Günzel*.  
*Sandi Petri herba*, est *Fœniculum marinum*. Germ. Meer-Fenchel u. Glasskraut.  
*Sanguinaria*, est *Coronopus*, *Polygonum* & *Bursa pastoris*.  
*Sanguisorba*, vid. *Pimpinella Italica*.  
*Sanicula*, *Sennicula*, *Sanicula quinquefolia*, *Sanicula virginea*, *Diapensia*, *Ferraria minor*, *Herba Sancti Laurentii*. Germ. *Sanicel* / *Sannickel* / *Bruch-Kraut*. Crescit in montibus & sylvis opacis.  
*Saponaria major*, *levis*, *Lavaria*, *Viola agrestis* *Condisi*, *Lanaria Fuchsii*, *Radicula* & *Fullonum herba Fuchsii*. Germ. *Senffen-Kraut* / *Speichel-Wurz*. Crescit paucim juxta rivulas & vias.  
*Satureja*, *Thymbra sativa*, *Satureja hortensis*, *Cunila rustica seu sativa*, *Hyssopus agrestis*, *Satureja altera*, *sativa*, *sylvestris*, *Josephe*, *Saturn*, *Satureij*. Germ. *Sadaren* / *Saturen* / *Saturan* / *Zwiebel-Isop* / *Hüner-Fülsel* / *Raps-Isop* / *Winter-Isop* / *Zwiebel-Isop* / und *Gengen-Isop* / *Gänse-Isop*. Cœlitur in hortis.  
*Savina*, vid. *Sabina*. Germ. *Seven-Baum*.  
*Saxifraga alba*, *Saxifragia*, *Saxifraga major*, *Saxifraga alba tuberosa radice*, *Chelidonites* *Ita Matth. & Löb.* Germ. *Neunkraut* / *Steinbrech*. Crescit in locis asperis & fabulosis.  
*Saxifraga Dod.* vid. *Serpillum*. Germ. *Wilder Quendel*.  
*Saxifraga lutea Fuchsii*, est *Trifolium odoratum* primum Dod. Germ. *Gelden Stein-Klee*.  
*Saxifraga major & minor*, vid. *Pimpinella*.  
*Saxifraga montana*, est *Siler montanum*.  
*Saxifraga rubra*, *Oenanthe*, est *Filipendula*.  
*Saxifraga rubra*, vid. *Semen Alkekengi*.  
*Scabiosa*, seu *Herba apostematica*, *scabiosa arvensis* seu *pratinensis* *hirsuta*, *major*, *major cœruleo & purpureo flore*, *Scabiosæ* I. *genus*, *Scabiosa seggetum*, *vulgaris*, *Psora Aëtii*. Germ. *Scabiosen* / *Apostem-Kraut* / *Grind-Kraut*. Crescit in arvis & pratis. Aqua ejus annumeratur quatuor aquis Anti-pleuriticis.  
*Scariola*, vid. *Endivia minor*. Germ. *Klein Endivien*.  
*Scarlatum*, vid. *Chermes* seu *Kermes*. Germ. *Scharlach-Beer*.  
*Scarlea*, *Slarea*, *Centrum galli*, *Orvala*, *Orminum*, vid. *Horminum*. Germ. *Scharlach-Kraut*.  
*Schenanthum*, seu *Schenanthum*, *Squinanthum*, *Juncus Arabicus*, *Juncus odoratus*, *Camelorum pastus* seu *Stramen* & *Fœnum Camelorum*, & *Pabulum Camelorum*. Germ. *Ramehl-Herz* / *Ramehl-Stroh* / auch *Unser Lieben Frauen Bett-Stroh*. Planta est peregrina & valde aromaticæ, in Arabia quibusdam Provinciis maxima abundantia nascitur, veluti Gramen vulgare, quo paucuntur animalia, & ex Alexandria ad nos advehitur. Raro cum floribus crescit, licet ab iis quali *Flos Junci*, vel potius ob ejus fragrantiam, *Juncus odoratus*, denominationem habeat.  
*Sclarea*, vid. *Gallitrichon* seu *Gallitrichum*.  
*Scolopendrium verum* seu *minus*, vid. *Ceterach*. Germ. *Milz Kraut*.  
*Scolopendrium vulgare*, seu *majus*, seu *sylvestre*, *Lingua Cervina*, *Asplenium majus* seu *sylvestre*, *Scolopendria vulgaris*, *Lonchitis altera*, *Gemionitis*, *Phyllitis*, *Spicanthum*. Germ. *Hitsch-Zungen*. Crescit in montibus Salisburgensibus, Tyrol. & Helvet. ex Italia & Helvetia advehitur.  
*Scordium Creticum*, Germ. *Cretischer Lachen-Knoblauch*. Ex Creta, Italia & Venetia advehitur.  
*Scordium* seu *Scorbiuum nostratum* *majus* & *minus*, *Chamœdrys aquatica* & *palustris*,

- stris, Trifago, seu Trixago palustris, Mitridatia Apul. Metridation, Scor-  
 dilium Apuleij, Sanguis Milvi, Sanguis Herculis Apul. Germ. Knoblauch-  
 Kraut / Lachen- oder Wasser-Knoblauch / Wasser-Bathengel / Wasser-Ehe-  
 manderlein. In humidis locis crescit.  
 Scorzonera, vid Rad. Scorzonerae. Germ. Schlangen-Mord.  
 Scrophularia major, vid. Rad. Scrophulariae. Germ. Braun-Wurz.  
 Scrophularia seu scrofularia minor, Germ. Scharbocks-Kraut / vid. Herb. Che-  
 lidon. minor. Germ. Klein Schel-Kraut.  
 Sedum agreste, Aizoon, Agrion, Semper vivum sylvestre & vineale, vid. Crassu-  
 la major. Germ. Knaben-Kraut.  
 Sedum majus vulgare, Semper vivum majus, Aizoon seu Aizoum majus, Barba  
 Jovis & Caulis & vis. Germ. Haub-Wurz / Donner-Bart. Crescit in mon-  
 tibus, testaceis & muris, & super Domicilia seritur.  
 Sedum seu Semper vivum minus, Cauda & Lauda muris, Crassula minor, herba To-  
 nitrus. Germ. Rürem-Kraut / Räzen-Füßlein / Bladrot und kleine Haub-  
 Wurzel. Crescit supra muros.  
 Sedum seu Semper vivum minimum, Vermicularis officinarum, seu Piper murale &  
 Illecebra minor, Aizoum minus, Trithales, Digitellus, Herba vermiculata,  
 Crassula minima. Germ. Mauer-Pfeffer / Blatloß / Juden-Träublein und  
 Räzen-Träublein / kleine Denderbeer. Loca saxosa, & muros amplectitur.  
 Selinitis, vid. Lunaria. Germ. Mondt-Kraut.  
 Selino Italorum, vid. Apium palustre.  
 Selinophyllum, Colliphylion Hippocr. Tricophyes Apul. vid. Trichomanes.  
 Seminalis, Sanguinalis & Sanguinaria, vid. Polygonum. Germ. Wegtritt.  
 Semper vivum, vid. Sedum. Germ. Haub-Wurz.  
 Senna, sive Senna vel Folia Sennæ Alexandrinæ, seu Orientalis, dicitur & Ægypti-  
 tiaca & Syriaca, quæ habet folia acuta, & ea est præstantissima : vel Ita-  
 lica, foliis magis obtusis, quæ priori substituitur. Est Planta sese erigens,  
 floribus luteis instar Coluteæ, folia habet oblonga, subviridia : Post flo-  
 sculos folliculi prodeunt semen continentis, renumque figuram referen-  
 tes. Germ. Senet-Blätter / Sennen-Blätter.  
 Sene seu Senna folliculi, seu siliqua, in qua latet semen, melior pars Plantæ est ;  
 deinde folia, sed tamen in eis virtus est valde debilis. Mesue. Germ. Se-  
 net-Blätter / Bälglein/  
 Senecio, seu Senecium, Erigerum, seu Erigetum, herba Pappa, Verbena fœmina,  
 Brunf. Senecio major, minor, vulgaris, Cardunculus & Carduncellus. Germ.  
 Kreuz-Wurz / Grind Wurz. Crescit passim in agris & hortis.  
 Septemnervia, Arnoglossa, vid. Plantago major. Germ. Breiter Wegerig.  
 Seris domestica latifolia, vid. Endivia major.  
 Seris erratica, picris seu sylvestris, vid. Cichoreum.  
 Seris somnifera, est Taraxacum. Germ. Pfaffen-Röhrlein.  
 Seris urinaria, est Taraxacum. Germ. Pfaffen-Röhrlein.  
 Serpentaria, Centi & Centummorbia, Nummularia. Pfenning's-Kraut / Eges-  
 Kraut / klein Natter-Kraut.  
 Serpentaria fœmina, vid. Radices Bistortæ. Germ. Natter-Wurzel.  
 Serpillum seu Serpyllum & Herpyllum, Cunilago, Serpillum flore albo & purpureo,  
 Saxifraga Dod. Serpillum sylvestre & vulgare repens, Serpillum minus vulga-  
 re. Germ. Quendel / Kumin / Hünerköhl und wilder Polen / Costens und Hü-  
 ner-Seeb. Crescit locis apricis & sabulosis.  
 Serpillum citratum. Germ. Citronen-Quendel.  
 Serpillum bortense seu Romanum. vid. Thymus. Germ. Thymgen.  
 Serratula major, vid. Bethonica. Germ. Bethonien.  
 Serratula minor, vid. Chamædrys. Germ. Gamanderlein.  
 Sertulacampana, vid. Melilotus. Germ. Stein-Klee.  
 Sesamum Alpinum, verum & veterum, vid. Semen Sesami. Germ. Lein oder  
 Flachs-Dottern.

- Seseli*, vid. Semen Seseleos. Germ. *Gefel*: Samen.  
*Sideritis*, *Herba heraclea*, *Sideritis seu Ferruminatrix*, *Sideritis vulgaris hirsuta erecta*, *Herba Judaica*, Arabicè *Tetrabit*, *Sidrichis*. Germ. *Glied-Kraut* / *Beruff-Kraut*. Crescit locis apricis montanis fabulosis.  
*Sigillum Christi*, *Sigillum Veneris*, Germ. *Stern-Kraut* / vid. *Paris Herba*.  
*Siler montanum*, vid. Semen Seseleos, seu *Sileris montani*.  
*Silybum*, *Chamaleen*, vid. *Carduus Mariæ*. Germ. *Behe-Distel*.  
*Simeonis Herba*, vid. *Alcea major vulgaris*.  
*Sinapi*, vid. Semen Sinapi. Germ. *Senff-Samen*.  
*Sion* seu *Sium aquaticum*, vid. *Beccabunga*. Germ. *Bachbung*.  
*Sion* seu *Sium majus German.* est *Nasturtium aquaticum*. Germ. *Brunnkressen*.  
*Sisar*, *Sisarum*, *Sifer*, *Sisarum sativum*, *Rapunculus hortensis*, *sistarum Germanicum*. Germ. *Gierlein* / *Görlein* / *Klingelrüblein* / *Zucker-Wurzel* / colitur in hortis.  
*Sisymbrium aquaticum*, est *Nasturtium aquaticum*. Germ. *Brunnkressen*.  
*Sisymbrium sylv.* vid. *Mentha aquatica*. Germ. *Wasser-Münz*.  
*Smilax aspera*, vid. *Radices Salsaparillæ*. Germ. *Sarsaparille*.  
*Smyrnium*, *Libisticum*, *Ligusticum*, vid. *Levisticum*. Germ. *Liebstöckel*.  
*Solanum*, *Solatrum hortense*, *nigrum*, *officinale*, *sativum*, *vulgare*, *Morella* & *Morellum*, *Uva lupina*, seu *vulpina*. Germ. *Nacht-Schatten und Sau-Kraut*. Crescit passim in locis opacis.  
*Solanum halicacabinum* seu *vesicarium*. vid. *Baccæ seu Semen Alkekengi*. Germ. *Juden-Kirschen*.  
*Solanum lignosum*, vid. *Amara dulcis*. Germ. *Hirsch-Kraut* / oder *Je länger je lieber*.  
*Solanum monococcum*, Germ. *Einbeer-Kraut*. vid. *Paris Herba*.  
*Solanum quadrifolium bacciferum*, seu *Tetraphyllum*. vid. *Paris Herb*. Germ. *Einbeer-Kraut*.  
*Soldanella*, *Brasfica marina major*, *Soldanella maritima minor*, *volubilis marina*, *Convolvulus marinus*. Germ. *Meerwinden* / *Meer-Kohl*. Crescit in locis maritimis Galliæ & Italiæ, in Alpibus, Austria, Styria & Tyroli &c.  
*Solidago*, vid. Rad. *Consolidæ majoris*. Germ. *Schwarzwurz*.  
*Solidago*, seu *Consolida Sarracenica*, Germ. *Hendnisch Wund-Kraut*. vid. *Consolida Sarracenica*.  
*Solis Herba*, *Fuga Dæmonum*, vid. *Flores Hyperici*. Germ. *Johannis-Blumen*.  
*Solis Herba Aëtii*, vid. *Poligonum*. Germ. *Wegtritt*.  
*Solsequium caeruleum*, vid. *Cichoreum flore cœruleo sylvest*.  
*Sonchus albus*, vid. *Cicerbita*, *Lactucella*. Germ. *Hassen-Strauch*.  
*Sonchus spinosus* seu *sylvestris*, vid. *Cicerbita aspera*.  
*Sophia Chyrurgorum*, vid. *Erysimum*. Germ. *Wegsenft*.  
*Spica Celtica*, vid. *Flores Spicæ Celticæ*. Germ. *Mariä Magdalena-Blumen*.  
*Spica fœmina hortensis*, vid. *Flores Lavendulæ*, Germ. *Lavendel-Blumen*.  
*Spica hortensis mas*, vid. *Flores Spicæ*. Germ. *Spick-Blumen*.  
*Spica Indica*, vid. *Lit. S. Spica Indica*. Germ. *Indianisch Spick*.  
*Spica Nardus*, vid. *Flores Spicæ*. Germ. *Spick-Blumen*.  
*Spica Romana & Gallica*, *Saliunca*, vid. *Flores Spicæ celticæ*. Germ. *Mariä Magdalena-Blumen*.  
*Spicatum*, *Phyllitis*, vid. *Scolopendrium*. Germ. *Hirsch-Zungen*.  
*Spina Dominiæ Mariæ seu alba*. vid. *Carduus Mariæ*. Germ. *Marien-Distel*.  
*Spina cervina*, *Cervi & cervales*, *Spina infectoria*, seu *Rhamnus catharticus* & *solutius*, *Alaternus Plin. quibusdam*, Germ. *Wegdorn-Beer* / *Creuz-Beer* / *Wehedorn-Beer* / *Schlabeer*. Crescit hinc inde in sepibus.  
*Spina hirci*, vid. *Tragacanthum*. Germ. *Tragandt*.  
*Spinacia*, *Lapatum hortense*, *Spinacia mas*, *vulgaris*, *Spinacia semine spinoso*. Germ. *Vinetisch* / *Spinat*. Colitur in hortis.  
*Spondylium*, vid. *Branca ursina*. Germ. *Beeren-Klau*.

Spongia

- Spongia Cynosbati*, vid. suo loco Lit. S. *Spongia*.  
*Squamaria*, vid. Rad. Dentariæ. Germ. *Streubelswurz*.  
*Squinanthum*, vid. Schænanthum. Germ. *Kameel-Heu*.  
*Staphisagria*, vid. Semen *Staphisagriæ*.  
*Stellaria Matth. Pes Leonis*, *Sanicula major*, vid. *Alchimilla*. Germ. *Sinau*.  
*Stœchas Arabica*, vid. *Flores Stœchatis Arabicæ*.  
*Stœchas citrina*, vid. *Flores Stœchatis citrinæ*.  
*Stramen Camelorum*, vid. Schænanthum.  
*Succisa*, vid. *Morsus Diaboli*. Germ. *Teuffels Abbis*.  
*Sumach*, vid. Semen *Sumach*. Germ. *Schling-Baum*.  
*Supercilium Terræ*, *Capillus Terræ*, *Adianthum nigrum*, vid. *Capillus Veneris*.  
 Germ. *Frauen-Haar*.  
*Sylve Mater*, est *Caprifolium*. Germ. *Specf-Lilien*; vid. *Flores & Herbas*.  
*Sympytum*, vid. *Radices Consolidæ majoris*. Germ. *Schwarz Wurz*.  
*Sympytum Indicum*, *Herba sana Sanda*, vid. *Nicotiana*. Germ. *Taback*.  
*Sympytum maculosum*, vid. *Pulmonaria maculosa*. Germ. *Fleckigt Lungen-Kraut*.  
*Sympytum minus* seu *petreum Lob.* est *Prunella*. Germ. *Prunellen-Kraut*.  
*Tabaca*, *Tabacum*, vid. *Nicotiana*. Germ. *Taback*.  
*Tamariscus*, vid. *Cortices Tamarisci*. Germ. *Tamarisken-Kraut*.  
*Tamariscus*, *Tamariscus Germanica* seu *sylvestris*, *Tamarix sylvestris fœmina*, *Tamariscus fruticosa* folio crassiore, *Myrica*, *Bryaria*. Germ. *Tamarisken-Kraut* / *Vorß* / *Vorß* / *Birzen* / *Berß*. Crescit juxta Rhenum & Danubium fluvium.  
*Tanacetum Anglicum*, *Tanacetum foliis crispis*, Germ. *Krause Rheynfahren*.  
 Colitur in hortis.  
*Tanacetum sylvestre Fuchsi*, est *Anserina*. Germ. *Gänserig*.  
*Tanacetum vulgare luteum*, *Athanasia*, *Arthemisia tenuifolia*, *Ambrosia*, *Tanacetum Millefolii foliis*, *Tanasia*, Germ. *Rheynfahren-Kraut* / *Weinfahren* / *Wurm-Kraut* und *Wurmfahren* / *Rheynfallkraut*. Crescit locis arenosis incultis.  
*Taraxacum Arabum*, vid. *Cichoreum*, Germ. *Wegwarten*.  
*Taraxacum* seu *Taraxacon*, *Dens caninus*, *Dens Leonis*, *Aphaca Theophrasti*, *Hedinois*, *Seris urinaria*, *Seris somnifera*, *Corona Sacerdotis*, *Corona* seu *Caput Hieracium majus*, *parvum*, *Hedipnos major*, *Dens Leonis latiori folio*, *Taraxacum minus*, *Rostrum porcinum*, *Seris urinaria*, *Cichoreum Constantopolitanum Matth. Germ. Pfaffenröhlein* / *Pfaffen-Blad* / *Pappen Kraut* / *Röhlein-Kraut* / *Dotter-Blumen* / *Weg-Lattig* / *Löwen-Zahn* / *Hunds-Zahn* / *Hunds-Blumen* / *Kuh-Blumen* / *Münchs-Kopff* / und *Münchs-Bladt* / *Pfaffen-Stiel*. Crescit in herbosis locis. Aqua ejus spectat ad numerum quatuor Aquarum Antipleuriticarum.  
*Tarchon avicenna*, *Draco hortensis Gesneri*, vid. *Dracunculus esculentus*. Germ. *Dragan*.  
*Telephium*, vid. *Crassula*. Germ. *Knaben-Kraut* / *Donnerbahr*.  
*Teucrium*, vid. *Chamædrys vulgaris*. Germ. *Wilde Chamäanderlein*.  
*Teuthrum*, vid. *Polium montanum luteum*, Germ. *Berg-Poley*.  
*Thapsus barbatus*, vid. *Verbascum* seu Fl. *Verbasci*.  
*Thlaspi*, vid. Semen *Thlaspi*. Germ. *Bauren-Senff* / *Wegkressen*.  
*Thalassion*, *Bryon*, est *Muscus marinus*. Germ. *Meer-Wooß* / oder *Corallens-Wooß* / vid. *Corallina*.  
*Theefolia*, *Chà*, *T'chia* & *Thea*. Est Planta, folia habens instar Chamædryos, seu Myrti aut Veronicæ, cuius Ramus pulcher exsiccatus, apud Experientissimum Pharmacopæum Francofurtensem Henrici, sub Signo ♂ rei Cervi videndus est. Provenit in Insulis Japponensis & in Tractu Regni Chinensis. Germ. *Thee-Kraut*. Flores fert Cisti *farninæ* & *gossypii* medium faciem

- faciem referentes, quinis foliolis albicantibus aut pallidis constantes, staminulis multis mediū florem occupantibus. His demū succedit Fructus, dum adhuc vigent, ut ferunt, virides, resiccati autem cortice rugoso, ex spadiceo fusco vestiti: Figura sāpē globosa est, magnitudine globuli luso-rii, Semen tantum unicum continentes &c. Virtutes hujus Herbae legen-dæ sunt apud Bernh. Verzascham, in Herbario fol. 783. Wormium in Mus. pag. 165. Tulpium in Observ. lib. 4. cap. ult. Linschotten in Cap. 26. Itinerarii. Borellum, lib. 3. Observ. 29. Mællenbrock, de Varis pag. 117. Mandelsloh, in Itinerario Orientali ab Adamo Oleario edito, Bontekou. &c.
- Thelephium vulgare*, Illecebra, Aizoum Agrium, vid. Crassula. Germ. Knaben-Kraut.
- Thys terreæ Plinii*, Ajuga, Abiga, Herba Apopleptica, vid. Chamæpitys. Germ. Schlag-Kräutlein.
- Thuya*, vid. Arbor Vitæ. Germ. Baum des Lebens.
- Thymbra*, vid. Satureja. Germ. Winter-Issop.
- Thymiana*, vid. Cortices Thuris. Germ. Thymian.
- Thymum album*, *Thymus Capitatus*, *Thymus Creticus*. Germ. Cretischer Thymel/ weißer Thymel/ Cretischer/ Weißer/ und Römischer Queydel/ oder Thym-gen. E Creta Insula, aliisque Græciæ locis, & quibusdam Hispaniæ calidioribus regionibus, Venetias desertur.
- Thymum seu Thymus*, *Serpillum hortense*, Romanum, *Thymum vulgare*, *Thymiana Herba*, *Thymus durior*, Arabicæ Hasce. Germ. Thymian/ und Römischer Quendel. Crescit nostratis in hortis.
- Tilia*, vid. Flores Tiliæ. Germ. Linden-Blüth.
- Tithymallus*, vid. Radices Esulæ. Germ. Wolfs-Milch.
- Tobacum*, *Tabaca* & *Tabacum*, Germ. Taback/ vid. Nicotiana.
- Tonitrus berba*, est Sempervivum. Germ. Haß Wurz.
- Tomentilla*, *Consolida rubra*, *Heptapylon* & *Heptaphyllum*, *Chrysogonium* Dio-scordi. *Septensfolium* & *Septifolium*. Germ. Tomentill-Kraut/ Bluth- und Harz-Wurz-Kraut/ rothe Heil-Wurz/ Ruh- und Feng-Wurz-Kraut/ roth Günzel Wurzel-Kraut. Crescit passim in locis siccis arenosis & campestribus.
- Torna bona*, Petum, *Sacra Santa*, vid. Nicotiana, Germ. Taback.
- Tota bona*, Bonus Henricus, & Horminum. Germ. Scharlach-Kraut/ guter Heinrich.
- Tragofelinum*, *Pimpinula*, vid. Pimpinella. Germ. Biebenell.
- Trichomanes*, *Callytrichon*, *Polytrichum Officinarum*, Trichom, *Trichomanes*, *Adiantum nigrum*, *Polytrichum*, vulgo Cesalp. alias *Capillaris*, *Filicula*, *Barba Herculis* Apul. *Herba crinita*, *Callipylon Hipp.* *Tricophyes Apul.* *Selinophyllum*, *Adiantum* & *Amiantum Apuleji*, *Herba capillaris*. Germ. Steinfeder/ Wiedertodt/ Wiederthum/ Abthun. Provenit juxta aquas in vetustis parietibus.
- Tricordium*, *Trifolium acetosum*. Germ. Sauer-Klee/ vid. Herb. Acetosellæ.
- Trifolium acetosum*, vid. Acetosella. Germ. Sauer-Klee.
- Trifolium aquaticum*, vid. *Trifolium fibrinum*.
- Trifolium asphaltites* seu *bituminosum*. Germ. Harz-Klee.
- Trifolium aureum*, vid. Epatica nobilis. Germ. Edler Klee.
- Trifolium bituminosum* seu *Asphaltites*. Germ. Harz-Klee.
- Trifolium cervinum*, vid. Lotus hortensis. Germ. Siebengezeit.
- Trifolium epaticum*. Germ. Edel-Leber-Kraut/ vid. Epatica nobilis.
- Trifolium fibrinum*, seu *aquaticum*, cuius flores constant albis Fibris, & Folia innatant aquis, & Flos tantum emergit. Germ. Fieberklee/ Fieberkraut.
- Trifolium fragiferum*, vid. Fragaria. Germ. Erdbeer-Kraut.
- Trifolium Græcum*, vid. Semen Fænugræci.
- Trifolium hepaticum*, vid. Epatica nobilis. Germ. Edler Klee.
- Trifolium leporinum*, vid. Lagopus. Germ. Hassen-Klee.

Trifolium

- Trifolium magnum seu nobile*, vid. *Epatica nobilis*.  
*Trifolium odoratum*, vid. *Lotus hortensis*.  
*Trifolium pratense*. Germ. *Wiesen-Klee*. Crescit in pratis & locis herbosis.  
*Trinitatis herba*, vid. *Jacea*, *Epatica nobilis* & *Lagopus*. Germ. *Dreifaltigkeit-Kraut* / *Edel-Leber-Kraut* / *Haasen-Klee*.  
*Trifago vel Trixago*, vid. *Chamædrys*. Germ. *Chamänderlein*.  
*Trifago seu Trixago aquatica*, vid. *Scordium*. Germ. *Lachen-Knoblauch*.  
*Tubac*, *Tobacum*, *Tabaca* & *Tabacum*, vid. *Nicotiana*. Germ. *Toback*.  
*Tunica*, vid. *Flores Tunicarum*. Germ. *Gras-Blumen*.  
*Turcha herba*, *Atractylis*, *Carduus benedictus*. Germ. *Cardebenedicten*.  
*Turpethum*, vid. *Cortices Turbethi*. Germ. *Turbit*.  
*Tusitalgo*, vid. *Farfara vel Flores & Radices*.  
*Valeriana hortensis*, vid. *Radices Valerianæ hortensis majoris*.  
*Valeriana sylvestris major & minor*, vid. *Radices*.  
*Valeriana*, est herba *Sanctæ Clare*, *S. Mariæ Magdalena*, & *S. Georgii*.  
*Veneago*, vid. *Parietaria*. Germ. *Glas-Kraut*.  
*Veratrum album*, vid. *Rad. Ellebori albi*.  
*Veratrum nigrum*, vid. *Rad. Ellebori nigræ*.  
*Verbascum odoratum*, vid. *Flores seu Herb. Primulæ Veris*. Germ. *Schlüssel-Blumen*.  
*Verbascum mas*, *Latifolium*, *Blattaria*, *Candela Regia & Regis*, *Candelaria*, *Lanaria*, *Leucophyllum*, *Phlomus & Phlonius*, *Tapsus barbatus*, *Pysnitis Apuleji*, *Pheminalis*, *Lucumbra*. Germ. *Wüllkraut* / *Königs-Kerzen* / *Unholden-Kerzen* / *Kerzen-Kraut* / *Held-Kerzen* / *Himmel-Brandt* / *Bähren-Kraut* / und *Brenn Kraut*. Crescit passim in locis arenosis & sylvosis.  
*Verbena communis flore cœruleo*, *Verbena mas*, *Verbenaca*, & *herba columbaris & columbina*, *Verbenarecta*, *mascula*, *supina*, *vulgaris*, *Peristereum*, *Junonis lacryma*, *Herba Cincinnalis*, *sanguinalis*, *Herba sacra & verbenaca*, *Hierabotane*, *Herbasaginalis*, *Peristereon*. Germ. *Eysen-Kraut* / *Eysenholt* / *Saußen-Kraut* / und *Eysenreich*. Crescit passim in Cæmiteriis, aliisque in cultis locis ad muros & sepes.  
*Verbena faecina*, vid. *Erysimum*. Germ. *Hederich*.  
*Vermicularis*, vid. *Sedum minimum*. Germ. *Mauer-Pfeffer*.  
*Veronica mas & vulgarissima*, *Veronica mas serpens*, *Veronica major*, *vera & vulgaris*, *Veronica erecta & supina*, & *Betonica Pauli*. Germ. *Ehrenpreß* / *Grundhenk* / *Schlangen Wund-Kraut* / *Henk aller Schäden*. Crescit in locis incultis ac dumetis.  
*Veronica faecina seu pratensis Serpillifolia*. Germ. *Ehrenpreß* / *das Weiblein* / so etwas zarter als das andere.  
*Victorialis*, vid. *Radices Victorialis*. Germ. *Allermanns Harnisch*.  
*Vinca per vinea*, *Myrsinoides*, *Clematis*, *Daphnoides minor*, *Pervinca*, *Centunculus Plinii*, *Chamædaphne Plinii*, *Viola mortuorum*, *Polygenoides*, *Unicordia*, *Palma virginea*, *Corona virginea*. Germ. *Sinngrün* / *Ingrün* / *Weingrün* / *Beerwinc* / *Mägt. Palmen und Todtentvioten*. Solo gaudet fœcundo.  
*Vincetoxicum*, vid. *Rad. Hirundinariæ*. Germ. *Schwalben Wurtz*.  
*Viola agrestis*, vid. *Saponaria*. Germ. *Schiffen-Kraut*.  
*Viola aurea*, est *Flos Cheyri seu Levcojum luteum*, vid. *Flores Cheyri*.  
*Viola flammæa*, *tricolor*, vid. *Jacea tricolor*.  
*Viola lutea*, vid. *Flores Cheyri*. Germ. *Gelbe Violen*.  
*Viola* { *Martia*,  
 { *odorata*,  
 { *purpurea*, } } vid. *Flores Violarum Martialis*.  
*Viola mortuorum*, est *Vinca per vinea*. Germ. *Todten-Violen*.  
*Viola tricolor hortensis*, vid. *Jacea tricolor*.  
*Violaria*, *Mater Violium*, Germ. *Violen-Kraut* / *Wen-Kräut* / *braun Violen-Kraut* / *Merzen-Violen-Kraut*. Crescit juxta muros, sepes ac vias. Est una ex quinque herbis Emollientibus.  
*Viperina*,

- Viperina*, vid. Rad. Scorzoneræ. Germ. Schlangen-Mord.  
*Virga aurea*, *latifolia*, *Sympythum medium* & *media*, *Solidago* & *Consolida media*, *Herba S. Laurentii*. Germ. Gülden Wund-Kraut/Günsel oder Günzel/gülden Günzel. Crescit in locis montanis, sed magis uidis.  
*Virga Pastoris*, *Labrum veneris*, vid. *Carduus fullonum*. Germ. Weberkarten.  
*Vitex*, vid. *Semen Agni Casti*, seu *Salix marina*.  
*Vitia sylvestris*, *Aphaca* & *Aphace*, *Osmundi*. Germ. Wilde Wicken / oder St. Christophens-Kraut.  
*Vitis alba*, vid. *Radices Bryoniae*. Getm. Zaun-Rüben.  
*Vitis septentrionalis*, est *Lupulus*. Germ. Hopfen. vid. Herb. seu Fl. Lupuli.  
*Vitis viniferæ folia*. Germ. Weinstock oder Weinreben-Blätter. Arabicè Harin. Coluntur in vineis & hortis.  
*Vitriaria*, vid. *Parietaria*. Germ. Glas-Kraut.  
*Vitriherba*, *Vitriaria*, vid. *Parietaria*. Germ. Glas-Kraut.  
*Vlmaria*, vid. *Radices Barbæ Caprinæ*. Germ. Genß-Bart.  
*Umbilicus Veneris*, *Cymbalaria*. Germ. Jungfern-Nabel. Colitur in hortis.  
*Ungarica herba*, *Simeonis herba*, *Alcea*. Germ. Pfug-Wurz.  
*Unguis Aquile*, *Batis* & *Batis marina*, est *Fæniculum marinum*, Germ. Meer-Fenchel / oder Bacissen / vid. Herb. & Semina.  
*Vngula caballina*, vid. *Farfara*, vel Flores & Radices.  
*Unifolium*, *Monophyllum*. Gramen Parnassi. Germ. Einbladt. crescit in sylvosis locis.  
*Volubilis*, *Convolvulus major*. Germ. Windig Blätter / crescit passim.  
*Volubilis* seu *Convolvulus marinus*, vid. *Soldanella*. Germ. Meerwinden.  
*Volucrum majus*, *Matrisvæ*, *sylva Mater*, vid. *Caprifolium*. Germ. Specsilien.  
*Vrceolaris*, vid. *Parietaria*. Germ. Glas-Kraut.  
*Urinaria seris*, vid. *Taraxacum*. Germ. Pfaffen-Röhrlein.  
*Urinalis herba*, vid. *Linaria*. Germ. Lein-Kraut.  
*Urtica mortua*, vid. Flores Urticæ Mortuæ.  
*Urtica Romana*, vid. *Semen Urticæ Romanæ*. Germ. Römisch Nesseln.  
*Urtica urens major* & *minor asperior*, *Urtica communis*, *fæmina*, *Urtica urens maxima*, *sylvestris*, *vulgaris*, *Urtica urens altera*, *Acalyphe*. Germ. Grosse ge-meine und auch kleine und heiße Brennessel/ Hendternessel. Crescit passim locis arenosis juxta muros ac sepes.  
*Usnea Officinarum*, *Muscus Cranio adnatus*. Germ. Todten-Kopff-Moos.  
*Uvaberba*, *Botrys Quercula peregrina*; *Artemisia Turcica*, *Patientia Italorum*. Germ. Trauben-Kraut. vid. Botrys.  
*Vvalupina* seu *Vulpis*, vid. *Solanum* seu *Solatrum*. Germ. Nacht-Schatten.  
*Uva versa* seu *lupina*, vid. *Semen*, sive *Baccæ Paridis*.  
*Vulgago*, vid. *Asarum* seu *Radices Asari*.  
*Uvularia*, vid. *Hippoglossum*. Germ. Zäpflein-Kraut.  
*Xanthion* & *Xanthium*, *Lappa minor*, *Lappa inversa*, *Phragmanon*, Germ. Bett-ler-Läuß.  
  
*Herbarius*, dicitur apud Galen. lib. 1. de Antidot. cap. 2. qui Herbas & Plantas colligit & vendit ad usum Medicum. Hodieque etiam Herbarum Scriptores, Botanici sive Herbarii vocari solent. Lexic. Brun.  
*Herbiliū*, i.e. Serpillum. Germ. Quentel. Matth. Silvat.  
*Hercules Booii*, est Aurum Vitæ, olim quoque erat nomen Collyrii fistularis, nomen Hercules apud Aëtium.  
*Herinaceus*, *Ericius*, *Erinaceus*, Germ. Ein Igel. vid. Echinus.  
*Hermes*, Nomen proprium est, & notat I. Mercurium, Ethnicorum Deum, ceu Deorum Nuntium & Interpretum, II. Philosophum post Mosen in Ægypto Clarissimum, qui Trismegistus appellatus fuit, teste Suida. Huic tribuitur peculiaris Philosophia Spagyrica paucis ænigmatis dicterioris, sub Titulo: Tæbula Smaragdina Hermetis comprehensa; de qua vid. Theatr.

*Theatr. Chym.* Vol. I. sub Titulo *Physica Trismegisti*, cum Notis *Gerardii Dornei*. Hinc & Pater Alchemistarum vocatur in Tract. Alchem. incerti Authoris cap. 30. Vol. III. *Theatri Chymici*. Ferunt etiam de eo, quod 25000. Volumina conscripserit, Volum. V. pag. 256. Quam Hermeticam Doctrinam falsè perstringit *Dieter. num. 829. &c.*

*Hermes odorifera*, est Alkermes. *Johns. Lexic.*

*Hermetia*, vocatur Chymica Hermetica. *Libav. Tract. de Δne natur.*

*Hermetica Medicina*, quam Ägyptii falsò à Mercurio deducunt. Hæc Morborum causas ad ⊕, ♀, & ♀ rium refert, & generofissima Remedia, non modo ex Vegetabilibus & Animalibus, verum etiam e Mineralibus præparat. Germ. *Hermetische Arzneien*. H. S. ita Literæ hæ notatæ, legendæ sunt, Hermeticè sigillatum.

*Hermeticorum Aquila*, est Sal armoniacum \*. Germ. *Salmiæ*.

*Hermeticum Sigillum*, vid. *Sigillum Hermeticum*.

*Hermetis Avis*, vocatur in Processu Lapidis Philosoph. quando viationis, cœu 4. igne, separatur à Corpore Spiritus. *Th. Ch. Vol IV p. 550. vid. Avis Herm.*

*Hermodactylus albus & rubens* *Actuarii aut Nicolai*, vid. Rad. *Been sive Behen* alb. & rubr. Germ. *Glied-Wenzh.*

*Hermodactylus*, est Anima Articulorum, vid. *Radices Hermodactyli*.

*Hermolaos*, est nomen Collyrii sistentis fluxiones. *Aëtius & Correus.*

*Herniaria major*, est Crassula. Germ. *Knaben-Kraut*. vid. *Herb.*

*Herniaria minor*, Germ. *Laufend-Korn*. vid. *Herba*.

*Herodicus*, idem quod *Chrysaëtos*, aut *Hierofalco*, hoc est, *Aquila* species maxima, & veluti heros inter Aquilas. *Aldrov.*

*Heros*, Paracelsus dicebat, quod ~~—~~ *Olis* sit *Heros Coagulationis*, lib. de Morbo Tartar. cap. 9.

*Herpetica*, sunt quæ Fastidium auferunt. vid. *Sylvat.* pag. 119.

*Herpillum*, est Serpillum seu Serpyllum, Cunilago. Germ. *Quendel* / vid. *Herb.*

*Heserem*, *Afrem*, i. e. Agresta, seu Succus Uvæ acerbæ. *Sylvat.*

*Hesmie & Hesnic*, est Quarta pars Libræ. *Mart. Rul. & Johns.*

*Hestia*, est nomen Emplastri apud Veteres nobilis, cuius Descriptio habetur apud Aëtium, lib. 15. &c.

*Hexagium*, pendet Quatuor Scrupulos ʒiv. Latinis Sextula est, alii Drachmam unam cum dimidia ȝis̄ esse dicunt.

*Hexapharmacum*, est nomen Emplastri ad Perniones exulceratos, cuius Descriptio habetur è sex Ingredientibus apud Aëginet. lib. 3. cap. 79.1

*Hiatula*, vid. *Chama*, est Nomen Conchæ.

*Hibiscus*, *Ibiscus*, *Malva-ibiscus*, *Bismalva*, Germ. *Erbibisch* / vid. *Herb.*

*Hibur*, *Hiburis*, est Sulphur. ♀, Germ. *Schwefel*. *Sylv.*

*Hicesia*, nomen Emplastri Veterum est utilissimi ad Strumas, Abscessus, Lienem & Articulos, cuius meminit Galen. lib. 4. cap. 14. & Aëgineta lib. 7. cap. 17.

*Hidus*, id est *Flos Eris*. *Mart. Rul. & Johns. Lex.*

*Hidrotica seu Sudorifera Medicamenta* sunt, quæ fermentando & attenuando penitiores sanguinis Poros penetrant, incident, attenuant, rarefaciunt, & Vasa comprimendo, partim in Sudorem erumpunt, & partim in halitum convertunt, & quæcumque obvia sunt secum deferunt, & in summa corporis propellunt; ubi illa in sensibilem sudoris Liquorem condensata, erumpunt. Germ. *Schweiß-treibende Mittel*. *Lex. Blanc.*

*Hierahotane*, *herba Saginalis*, vid. *Verbena communis*. Germ. *Ensen-Kraut*.

*Hiera picra*, est Elestuarium ex Aloë, Ligno Aloës, Radicibus Asari, Spica Indica, Croco, Mastiche & Melle paratum. Germ. *Bitter-Heyl* oder bitter Lattiverg.

*Hieracites*, est nomen Lapidis, vel ut *Plinius* vult, Gemmæ.

*Hieracium latifolium*, vid. *Cichoreum*. Germ. *Wegwarten*.

*Hieracium majus*, vid. *Taraxacum*. Germ. *Pfaffen-Röhrlein*.

*Hieraticum*, est nomen Malagmatis Asclepiadæ Pontificium inscripti, Stomachicis, Hepaticis, & ad viscerum dolores. *Gal. lib. 8. cap. 5.*

- Hieromyrtus**, vid. Rad. Brusci. Germ. Brusken oder Russken-Wurzel.
- Hilbane & Heilbane**, est Cardamomum minus. Plin. lib. 12, cap. 13.
- Hinnulus**, Pullum Cervinum notat, cuius coagulum ingreditur Antidotum apud Galen. lib. 2. de Antidotis cap. 10.
- Hiperichriston**, est Collyrium aptum ad ungendum. Caff. Felic.
- Hippace**, dicitur Cascus equinus. Hippocr. & Dioscorides. Quidam Coagulum equinum vocavit, vid. Schröd. lib. 5.
- Hippocampus**, est Insectum Animal marinum. Aldrov. lib. 7. cap. 16.
- Hippocrates**, nomen proprium Medicorum aliquot Antiquorum, præsertim verò illius Artis Medicæ Principis, qui & Magnus dictus fuit. De quo plura apud Galen. & alios.
- Hippocraticus**, non modò dicitur de Doctrina Medica; verum etiam in specie de Vino alias Saccato dicto. Lex. Brun.
- Hippocratis manica**, vid. Manica Hippocratis.
- Hippoglossum**, significat Uvulariam. Germ. Zäppflein-Kraut.
- Hippoglossus**, est nomen Piscis & quidem Soleæ majoris. Aldrov. lib. 2. de Pisibus, cap. 43. vid. Solea. (Rhabarbara)
- Hippolathum latifolium**, vid. Rhabarbarum Monachorum. Germ. Münch-
- Hippolithus**, dicitur Lapis vel Calculus in ventriculo, aut intestinis Equorum nonnullorum repertus, qui, uti Lapidi Bezoar Occidentali figurâ & lamineâ structurâ non absimilis est, ita & viribus eundem æmulari statuitur. vid. Schröd. Hoffmann & alii.
- Hippomarathrum**, vid. Semen Foeniculi. Germ. Fenchel-Samen.
- Hippone**, est nomen Malagmatis, vid. Aëtius lib. 12. not. Gorr.
- Hippopotamus**, id est Equus fluviatilis, est Animal ferum, Germ. Ein See-Pferd. vid. Aldrov. Lib. 1. de Quadrupedibus. cap. 12.
- Hippos**, id est Equus. Germ. Ein Pferd.
- Hipposelinum**, vid. Herb. Levisticum. Germ. Liebstöckel.
- Hippuris**, vid. Equisetum. Germ. Schäffen-Heu.
- Hirci sanguis**, Germ. Bock-Bluth. vid. Sanguis Hirci.
- Hircinum sevum**, Germ. Bock-Inschicht / vid. Sevum Hircinum.
- Hirudo**, i. e. Sanguisuga. Germ. Aegel oder Bluth-Suckler/ inveniuntur in aquosis locis.
- Hirundinaria major**, Chelidonium majus. Germ. Schel-Kraut oder Wurz.
- Hirundinaria minor**, Centunmorbia, Numularia, Serpentaria. Germ. Pfennings-Kraut / vid. Herbas.
- Hirundinaria**, vid. Rad. Vincetoxicii. Germ. Schwaben-Wurzel.
- Hirundinum nidus**, Germ. Schwaben-Nest.
- Hirundo**, notissima Avis est, Ver annuncians & nidificans. Germ. Schwalbe / & inveniuntur quæ nidificant, 1. in Caminis, & nominantur Rauch-Schwaben. 2. in Muris, & nominantur Mauer-Schwaben. 3. quæ nidificant in Ripis, & vocantur Wasser- oder Rhein-Schwaben. 4. quæ in Testis nidificant, & nominantur Domesticæ oder Haush-Schwaben/ quorum Pulli Nam Hirundinum ingrediuntur.
- Hirundo quoque** significat Piscem marinum volantem, vid. Aldrov. lib. 2. de Pisibus, cap. 3.
- Hizium**, est Sal Hamonicum \*. vid Sal Armoniacum. Germ. Salmiar.
- Hismat**, id est Spuma Diti. Germ. Silber-Schaum. Mart. Rul. & Johns.
- Hispanicum viride**, id est Hispalensis, hoc est Viride aeris. ⊕, alias Hispanicum quoque epitheton est Vini generosi, à loco natali ita dictum. Lex. Brun.
- Hispidula**, vid. Herb. Auriculæ Muris. Germ. Mansch-Oehrlein.
- Hiu/o**, i. e. Margarita. Germ. Eine Perle. Matth. Sylvat.
- Hixurat**, est Melilotum. Germ. Meloten. Idem.
- Hlebus**, i. e. Lapis lacteus. Germ. Milch-Stein.
- Hlenia**, est Enula Campana.
- Hod, Hodo, Hodon**, vocatur Lignum Aloës. vid. Matth. Sylvat.
- Hobas**, i. e. Es. Germ. Erz. Serap.

Hoedius

**Hædus**, id est Pullus Caprinus tenellus, seu Capertenellus.

**Holca** & **Holce**, est nomen Ponderis, estq; idem quod Drachma ʒj. Galen. Lib. de Pond. & Mensuris, ut & in Lib. 2. de Antid. Gorr. in Defin.

**Holippe**, sunt Placentulæ ex Infusione Medicamentali farinaq; triticea, addito insuper Saccharo, subactæ.

**Holmos**, vid. Mortarium. Germ. Ein Mörsel.

**Holsebon**, & **Helsebon**, id est Sal commune præparatum. Mart. Rul. & Johns.

**Homeomeres**, sunt similares partes. Germ. Gleiche Theile. Lex. Blanc.

**Hominis axungia**, Germ. Menschen-Schmalz. Est Pinguedo Animalis prudentis & rationalis notissimi, respectu aliorum animalium, Solaris.

**Homo**, Germ. Ein Mensch / ab Humo, quia è Terra creatus, Microcosmus, die kleine Welt. Centrum Mundi, & Centrum omnium Rerum, & quinta Essentia Mundi &c. vid. Paracels. Schræd. Beckerus, Wurffbain & alii.

**Homœotropos, conformis**, dicitur de Medicamentis, quæ inter se convenient, & optimè misceri possunt, Hippocr. 2. de R. V. I. A. Tom. II. Lex. Brun.

**Hora**, significat particulam diei, quarum vinginti quatuor integrum diem naturalem compleant. Germ. Eine Stund. Sign. ☰, ↖, ↗, ☷, II

⌚, ☱, ☲, ☳.

**Horæa**, sunt Fructus tempestivi seu æstivi, ut **Poma**, **Pruna**, **Pyra** &c. Germ. Sommer Früchte.

**Horæos**, Tempestivum significat, quod debito tempore fit.

**Horarii Fructus**, idem quod Horæa. Germ. Sommer Früchte.

**Hordiacum**, Medicamentum liquidum internum, ex Hordeo ad crepaturam cocto & tufo, Liquoribus convenientibus affusis & colatis, præparatum, quibus Amygdalæ, Sem. Papav. alb. Sem. 4. frig. maj. &c. non raro accidunt. Germ. Gersten Milch.

**Hordeum Galaticum**, est Risum, Rixum & Rizum. Germ. Reis / vid. Soriza.

**Hordeum**, vid. Crithe vel Semen Hordei. Germ. Gersten.

**Hordilesco**, id est Xilobalsamum. Sylvat.

**Horfi**, id est Nasturtium, vid. Steph.

**Horizon**, Spagyricis vocatur ♂ rius ☽ ri. Mart. Rul. & Johns.

**Horminum**, Germ. Scharlach / vid. Herba.

**Hornas**, Hornotinus, id est, hoc Anno productus. Dicitur de Frumento, & in specie de tritici quodam genere & ejus Farina. Hippocr. 2. de Artic. Tom. 43. & Galen.

**Horozuc**, est Liquiritia. Germ. Süß Holz. Sylv.

**Hosamatis**, **Hosmatis**, est quarta pars Libræ. Galen. de Secret.

**Hofsta**, id est Costus. Germ. Rost-Wurz. Serap.

**Huabron**, est Rosa Asinorum. Sylv.

**Hucha**, nomen Piscis inter Lucium & Truttam seu Trottam medii, proximioris tamen Trutti & forma & qualitatibus carnis. Aldrov. Lib. 5. de Piscibus cap. 137.

**Hucci vel Hunc**, **Huuo** & **Huut**, id est, Jupiter, Stannum 4. Germ. Zinn / Johns.

**Humac**, **Humasum**, id est Acetosa. Germ. Sauerampfer. Steph.

**Humeantia** Medicamenta sunt, quæ particulas suas humidas corporis poris possunt insinuare. Item sunt omnia fluida. Germ. Befeuhtende Mittel. Lex. Blanc.

**Humettatio**, idem est quod Madefactio. Humeattatio duplex est: Interna, quæ fit Cibis & Medicamentis & Externa vel superficialis, quæ fit balneis, infusionibus, Lex. Brun.

**Humidus**, est vel Humor, vel Humiditas, vel Aquositas, vel Succus.

**Humor**, vid. Humidus vel Humiditas. Germ. Feuchte oder Feuchtigkeit. ☰

**Huayn**, **Huayn**, i. e. Bitumen judaicum. Germ. Juden-Pech. Sylv.

**Hunescum**, **Henis**, **Henosum**, i. e. Ceterach. Steph.

**Huruam**, dicitur Malum Granatum. Germ. Ein Granat-Apfel.

**Husacium**, est Sal Armoniacum \* . Germ. *Solmiar*.

**Huso, Huso**, Germ. *Hausen* / genus Piscis estè maximis, ità ut aliquando quadrangentes libras pendet, ossibus, excepto capite & squamis carentis, Danubio fluvio ferè proprii; Officinis exhibet Ichthyocollam. Germ. *Fisch-Leim* / vid. Ichthyocolla & Aldrov. Lib. 4. de Piscibus, cap. 11.

**Huno vel Huut**, est Jupiter, Stannum. 24. Germ. *Zinn*.

**Hyacinthina Antimonii Gemma**, est Vitrum Antimonii. Rolsincii Chym.

**Hyacinthus**. Germ. *Hyacinth oder Jacinth*. Gemma est, vel Lapis pretiosus, pellucidus, & flavedine rubens, ignisque flammam imitatus, quoad vires cordiales & alexipharmacas in frequenti usu, cuius dantur duæ species: Orientalis, qui pretiosior, & Europæus, in confinibus Silesiae & Bohemiæ, variat etiam colore. Plura videnda sunt apud Schröd. Frid. Hoffmann Ger. *Dornæum*, & alios.

**Hyacinthus quoque nomen Plantæ vel Floris est**. Germ. *Hyacinthen-Blumen*.

**Hyacot**, i. e. Lapis Hyacinthus. *Sylvat.*

**Hyalado**, est vitreum Phlegma. *Idem*.

**Hyalos**, dicitur Vitrum, hoc est Materia quædam dura, pellucida, ex Sale cinereo & Arena, sive Materia sabulosa, vi ignis fortissimi liquatis, parata, quod artificium dicitur Vitrificatio ; de qua lege Willis. de Ferment. c. 12.

**Hyarith**, id est Luna. D. Herm. *Silber*. Mart. *Rut*, & Johns.

**Hydalcos, Hydatenon, Hydatenomenos**, significat Aquosus vel Aquescens, occurrit apud Hipp. Lib. 2.

**Hydatinon**, est nomen Collyrii, sive Medicamenti Oculorum, quod ex Aqua pluvia conficiebatur. Galen. cap. 4. in 6. Epid. Tom. 19.

**Hydatodes, Hydatoides**, Aquosus seu Aqueus, Aquæ formam referens, ratione coloris vel consistentiæ, ità Vinum aquosum. Galen. Lib. 5.

**Hydnon, Tuber Terræ, Radicibus & Bulbis annumerandum**, de quibus Galen. lib. 2. cap. 68.

**Hydor, Aqua**. ▽. Germ. *Wasser*. Lexic. *Brun*.

**Hydra**, nomen Serpentis maximè venenati. Aldrov. lib. 2. cap. 4.

**Hydragoga**, sunt Medicamenta quæ attenuando & præcipitando aquosos Humores expurgant. Germ. *Wasser-treibende Mittel*.

**Hydrargyros & Hydrargyrus**, est Argentum vivum, seu ♀ vivus.

**Hydrocrithe**, est Aqua Hordei. Germ. *Gersten-Wasser*.

**Hydrogaron**, id est Garum aquosum, sive Aquā dilutum, quod minus calefacit, quam Garum simplex. Aëtius Lib. 3. cap. 84.

**Hydromel**, dicitur Aqua mulsa, Aqua Melle mixta, Melicratum, Mulfum sive Decoction ex Aquā & Melle. Germ. *Meth.* cuius variae occurunt præparandi differentiæ apud Columellam lib. 12. cap. 12. &c.

**Hydromelon, Hydromalum**, est nomen Potionis sic dictæ, à Malis Cotoneis vel Cydoneis, cuius componendi ratio variat, quemadmodum legi potest apud Dioscorid. lib. 5. cap. 30. Aeginet. lib. 7. cap. 15. Aëtium, Oribasium & alios.

**Hydropege**, est Aqua Fontis aut fontana. Germ. *Brunnen-Wasser*.

**Hydropica**, sunt Medicamenta Hydropicis humores aquosos eduentia. Germ. *Wasser-treibende Arznen*.

**Hydropiper**, est Persicaria rubeis tincta maculis.

**Hydrorofaton**, dicebatur olim Potio ex Rosis facta ; cuius Descriptio habetur apud Aeginet. lib. 7. cap. 15. & Oribasium.

**Hydrorrhodia**, vid. Aqua Rosarum. Germ. *Rosen-Wasser*.

**Hydrorrhodion**, dicitur Aqua cum Oleo Rosaceo mixta. Galen.

**Hydrosacharum**, est Aqua saccharata, vel Syrupus ex Aqua & Saccharo coctus.

**Hydroselinum**, Germ. *Jungfrauen-Werk* / est Apium palustre, seu Paludarium, vid. Semen Apii.

Hydro-

- Hydrotica**, sunt Medicamenta aquosas iuperfluitates evacuantia, *Libav.* lib. 8.  
cap. 19. Spiritus  vocatur insigne Hydroticum. Calx Hydrotica ex  
Stimmi seu  nio præparatur. *Lex. Brun.*
- Hydrus**, vocatur Serpens aquaticus, valde venenosus, qui alias latine Natrix  
appellatur. *Aldrov.* lib. 1. cap. 17. *Eginet.* lib. 5. cap. 17.
- Hyems**, dicitur Tempus Anni frigidum, quod interdum humidum, interdum  
siccum esse solet. Germ. *Der Winter.* *Sign. TT, A.*
- Hygeition**, est nomen Collyrii. *Egineta,* lib. 7. cap. 16.
- Hygrocollyrium**, est Medicamentum liquidum, vel oculare, Oculis sanandis de-  
stinatum. Germ. *Augen-Wasser.*
- Hygromyron**, nomen Unguenti humidi odorati, cuius Descriptio notante *Gor-  
ræo*, habetur apud *Aëtium*, lib. 16. cap. 114.
- Hyle**, significat Materiam, & quidquid sub Artis Medicæ præcepta cadit, ea-  
que omnia, quibus cùm in ægris, tûm in sanis utimur, rectè Materia Me-  
dica dicitur *Galen.* cap. 4. In specie quoque Lapis Philosophicus Hyle  
vocatur, *Rob. Valens.* de veritate Alchym.
- Hymenis** nomine denotat *Lullius* Ignem peculiarem clausum, in unica For-  
nacula humidum, vaporosum, continuum ac digerentem, quem suffi-  
cere docet ad Magisterium Spagyricum Lapidis Philosophici, teste *Dio-  
nygio Zachario* &c.
- Hyoscyamus albus**, vid. Radices Hyoscyami, & Semen Hyoscyami. Germ. *Bil-  
samtraut-Samen oder Wurzel.*
- Hyoscyamus Peruianus**, vid. Nicotiana. Germ. *Zabac.*
- Hypaleipton**, vocatur Medicamentum, quod illini potest, vulgo Linimentum.  
*Hippocr.* lib. de Ulcer. xiv. 3.
- Hypantafis**, est Expositio ad Solem. *Joannitus.*
- Hypelatos**, id est Dejectorius, dicitur de Medicamentis alvum subducentibus.  
*Lex. Brun.*
- Hypercatharsis**, quasi Superpurgatio est, hoc est, immodica aut nimia Purgatio,  
ex operatione violentioris Medicamenti colliquatis, urentis, stimulantis.  
*Hippocr.* 5. Aph. 4. Coac. Tom. 564. &c.
- Hyperinefis**, idem quod Hypercatharsis, nimiam Evacuationem significat.
- Hypericum**, Germ. *Johannis-Kraut* / vid. Flores Hyperici.
- Hypnoterion**, nomen est Epithematis hepatici apud *Aëtium*, de cura Splenis in-  
durati, teste *Gorræo* in Definit.
- Hypnotica Medicamenta**, sunt quæ Spiritus figendo, poros Cerebri claudendo  
& angustando, soporem inducunt. Germ. *Schlaff-bringende Mittel.*  
*Lex. Brun.*
- Hypocatharsis**, est levis quædam Purgatio, cui opponitur Hypercatharsis.  
Germ. *Linde Reinigung oder Bauch-Säuberung.*
- Hypochondriaca**, Medicamenta sunt, quæ in Morbis Hypochondriacis usur-  
pantur. *Lexic. Blanc.*
- Hypocistis**, Succus est ex Hypocistide plantula succulenta cum floribus & rad-  
ibus expressus, ad consistentiam Extracti ad solem inspissatus, Cytinus à  
nonnullis cognominata, juxta Cysti Radices nascitur, veluti German, *floris Punici* similitudine. Nascitur in saxosis, asperis, & præsertim in Monte  
Appennino Hetruriæ. Vocatur & Succus inspissatus Orobethri, vel Bar-  
bae Hircinæ, Hypoquistidos Officinarum.
- Hypoglossum**, vid. Herb. Hypoglossi. Germ. *Zäpflein-Kraut.*
- Hypomelides**, sunt quædam Poma, Sorbis similia. *Sylvat.*
- Hypopicros**, id est Subamarus, *Galen.* lib. 7. de Simpl. Fac. §. *Crambe agrestis.*
- Hypothesis**, significat Suppositum aut Principium aliquod in arte vel scientia, lo-  
co Fundamenti constitutum.
- Hypotrimma**, est Edulii genus, ex variis rebus leviter tritis & contusis constans,  
quod etiam *Trimma* seu *Intritum* dici potest. *Linden.*

- Hysges**, *Granum infectorium*, *Coccus bopha* seu *Infectoria*, *Chermes*, vid. *Kermes*.  
**Hysma**, pluviam significat. *Hippocr.* Lib. 1.  
**Hysopus**, Germ. *Isop*. vid. *Herbas*.  
**Hysopus** seu *Isopus humida*, *Oesypum*, seu *Oesypus*, *Lanarum succidarum Pinguedo*.  
 Germ. Die Fettigkeit von der ungefaschenen Wollen. vid. *Oesypus*.  
**Hyft**, ita à Medicis præscriptum, legendum est, *Hysterica* aut *Hystericum*.  
**Hystericum**, sunt Medicamenta uteri morbis adversa.  
**Hystrix**, nomen est *Animalis*, cujus duæ constituuntur species, *terrestris* alia,  
 alia marina. Vocatur & *Porcus spinosus*, hujus descriptionem & usum vid.  
 apud *Aldrov.* Lib. 2. cap. 38.  
**Hyus**, i. e. Liquor vel Humor. *Matth. Sylvat.*

## I.

- A**cea, *Clavellata herba*, *Trinitatis herba*. Germ. Drenfaltigkeit;  
 Kraut oder Blumen. vid. *Flores & Herba*.  
**Jabora**, *Dudaim*, est *Mandragora*, vid. *Cort*, sive *Rad*. *Mandragoræ*. *Johnsowius*.  
**Jacea nigra**, vid. *Herba seu Radices Morsus Diaboli*.  
**Jacintbus & Jaquintus**, vid. *Hyacinthus*.  
**Jaculus**, est nomen *Serpentis venenosissimi*, vid. *Aldrov.* *Histor. Serpent.* &  
*Dracon.* lib. 1. cap. 13.  
**Jalappa**, *Jalapium*, vid. *Radices Jalapæ*. Germ. *Jalappen*.  
**Jalin**, i. e. *Vitrum K.* Germ. *Glaß*.  
**Jamblichi Sales**, dicitur genus *Salis* ex multis rerum generibus compositum,  
 vid. *Lexic. Brun.* & *Gorreus*.  
**Jamfarum**, est *Crocus*. Germ. *Saffran*. vid. *Serap*.  
**Jamsemin**, i. e. *Sambucus*. Germ. *Hollunder*. Baum,  
**Jarin**, est *Ærugo Campanæ*, vel *viride Æris*. Φ. *Sylv.* p. 123.  
**Jarius**, dicitur *Flos Rosmarini*. Germ. *Rosmarin*. Blüh.  
**Jaspis**, est Gemma & Lapis pretiosus, & dicitur, quod sit optimus colore Cœli,  
 nimirūm purpureo Smaragdino colore præditus, *Dioscorid.* lib. 5.  
 Cap. 160. Septem Genera enumerat *Plinius* lib. 37. cap. 9. genera decem,  
*Mart. Rul. Lex.* pag. 257. ad 259, 22. species Jaspidis recenset. Videantut  
 porro *Galenus*, *Schmuck*, *Boëtius* & alii. Germ. Ein *Jaspis*.  
**Jaspis** quoque dicitur, quod sit Genus hæmatitis.  
**Jassa**, est *Herba Trinitatis & Persicaria*. *Mag. Chirurg.* pag. 467.  
**Jatra Leiptes**, dicitur Medicus *Unguentarius*, vel *Reunctor*, qui unguentis &  
 perfractionibus corporis morbos curat. Talis fuit *Diotas*, teste *Gal.* lib. 7.  
 cap. 5.  
**Jatrocchymicus**, est Medicus, qui operationibus & medicationibus Chymicis o-  
 peram dat. Germ. Ein Chymischer Arzt.  
**Iberis**, *Piperitis*, Germ. Pfesser-Kraut. vid. *Lepidium*.  
**Ibex**, dicitur *Capra sylvestris*. *Aldrov.* lib. 1. cap. 13.  
**Ibicaria**, *Doroniconum*, vid. *Rad. Doronici*. Germ. *Gembsen*: Wurzel / oder  
 Schwindel-Wurzel.  
**Ibiga**, *Abiga*, *Ajuga*, *Iva*, *Chamæpythis*, *Thus Terra* *Plinii*. Germ. *Schlag-*  
*Kräutlein* / vid. *Herba*.  
**Ibis**, est nomen *Avis Ægyptiæ*, *Ciconiæ* valde similis, ad aquas, præsertim Ni-  
 lum fluvium, degentis. *Aldrov.* lib. 20. cap. 3.  
**Ibiscus**, vid. *Herba seu Radices Altheæ*. Germ. Enbisch.  
**Ichneumon**, est nomen *Animalis quadrupedis Amphibii*, quod alias *Lutra Ægy-*  
 pti vocatur, vid. *Aldrov.* lib. 2. cap. 14.

Ichthya,